

61

magis ipsa confessori suo ac lucidius exprimat  
Quia vero plurimi simplicium ob negligenciam  
aut ignorantiam non excusantem sed potius  
accusantem. modos et species nesciunt peccatorum  
presens confecta est tabula. quam inspicientes  
confessuri. cogitatione previa instructi suffici-  
enter ad salutem poterunt sua peccata agnosce-  
re memoriterque tenere. et confessoribus utiliter  
referare. Procedit autem tabula secundum numerum  
et ordinem peccatorum mortaliu. quae sunt superbia in-  
uidia. ira auaricia. accidia. luxuria. gula. Con-  
fessurus ergo tuam primitus conscientiam examinas  
interrogate. circa peccatum superbiae. Si vanam tuam  
laudem et propriam excellentiam quesuisti aut  
optasti propter bonum fortuita et caduca. diuicias  
scilicet aurum et argentum terrenasque possessiones  
aut propter naturalia bona scilicet corporis  
pulchritudinem fortitudinem iuuentutem et simi-  
lia. seu etiam ratione gratuito. donorum sicut  
est dei cognitio vel affectus deuotio. Si alios  
contempsisti propter alicuius horum bonorum preceden-  
tium defectum. Si aliqua opera fecisti ut inde  
mundanam laudem acciperes. vel ut alij te me-  
liorem quam ipse sis reputarent. et multo magis si  
hoc fecisti preteritu propter fidem quam ut alijs  
esses exemplar in bonum. vel eos a malo retra-  
heres. Si nimium pertinaciter inuisus es opinioni